

*Markgraf Otto setzt Leipzig nach Magdeburgischem und Hallischem Rechte aus, bestimmt die Weichbildgrenzen und die Rechte und Verpflichtungen der Bürger.* [1156—1170.]

5 *Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Leipzig. Das S. (Taf. I. 4) hängt an zwei schmalen, von der Urkunde selbst losgetrennten Pergamentstreifen; Kopf nach unten. Das Pergament ist offenbar aus einem kleinen Buche gerissen, zeigt schwarze Linien und ist auf beiden Seiten beschrieben. Phot. H. St. A.*

*Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 8,1.*

10 *Anm.: Die Abfassung der Urkunde, welche man früher irrthümlich in die Jahre 1174, 1175, 1180 oder 1182 setzte (vergl. Schultes, Dir. dipl. 2,167), fällt in die oben angegebene Zeit, da 1156 Markgraf Otto nach dem Rücktritte seines Vaters die Markgrafschaft übernahm und der als Zeuge aufgeführte Bischof Johannes von Merseburg im Jahre 1170 starb (Pertz, Archiv 11,177). Auch die übrigen Zeugen begegnen zum größeren Theil in Urkunden dieser Zeit. Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. S. 86 Anm. 1 und S. 90 Anm. 3.*

Quia per scripturarum evidentiam antecessorum acta posteris | reducuntur in  
memoriam, scripture commendavimus, quod dominus O. | dei gratia Misnensis marchio  
15 Lipz edificandam distribuit | sub Hallensi et Magedeburgensi iure addito pietatis pro-  
misso constituit. A civibus vero eiusdem civitatis se nullum petitionis munus requirere  
promisit, nisi necessitate superveniente ad imperatoris transmontana iturus esset, servitium  
et tunc sine civium gravamine modicum quid peteret. Iuris etiam sui, quod wicbiledede  
dicitur, signum petentibus unum in medio Halestre, secundum in medio Parde, tertium  
20 ad lapidem, qui est prope patibulum, quartum trans fossam, qua lapides fodiuntur, de-  
monstravit. Ipsius vero silvam, quam Lvch dicimus, ad usum civium tam in gramine  
quam lignis et piscibus collocavit. Et ne alicui, nisi a quo essent beneficiati, hominum  
facere, vetavit. Infra spacium vero miliaris unius a civitate, ut nullus haberetur fori  
tractatus civitati nocivus, constituit. Et si quod beneficium vel hereditatem quisquam  
25 civium suorum emeret, secundum fori conventionem possideret; si vero quidquam bonorum  
suorum cuiquam concederent, quem ad solvendum non benivolum invenirent, assumpto  
marchionis nuncio eum vadiabant<sup>a</sup>) et ad solvendi inducias nichil ultra XIII noctes ad-  
ministrabant<sup>b</sup>). Ad ius vero molendini octodecimam mensuram constituit. Et quam diu  
suo decano inobedientes non invenirentur, ne aliud sequerentur iudicium, imperavit. Suo  
30 etiam iudici subditos esse eos edocuit<sup>c</sup>) et sibi in bonis suis iniuriari volentibus, ut se com-  
muniter opponerent, suo solamine compulit. Huic iuri dato aderat episcopus Iohannes.  
Godescalcus de Scudiz civitatis advocatus. Fridericus de Leznicz<sup>d</sup>). Heinricus burgravius  
de Donin. Luf de Kamburc. Heinricus Kiteliz. Albertus de Pores. Walthervs de Misne  
marchionis capellanus, quem hec scripsisse profiteamur.

35 372. a) vadiabant. b) administrabant. c) Mit cui beginnt die Rückseite. d) lesniz.